Stans personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Pre-
mislien[sibus] Nobilis Andreas Blazowski Misowicz heredem ab om-
ni suo proprio foro Jurisdictioneque competenti eximiandoque
vero praesenti iurisdictioni se cum Successoribus bonisque suis omnibus
432 quo ad hunc actum attract[um] incorporandum et subijciendum Sanus mente
et corpore existens sponte palam ac per expressum recognouit Quia inscri-
ptione Terrestri Premislien[si] sibi per Generosum Albertum Lutkoslawski
Gladiferum Terrae Capitaneum Causarumque Officij Castrensis Premislien[sis]
Judicem super summam Quingentorum florenorum pecuniae factam sub anno fe-
sto Sancti Michaelis Archangeli proxime venturo inscriptam cum
omni iure dominio et proprietate omnibusque eiusdem inscriptionis Condi-
tionibus punctis clausulis et articulis totoque subsidio et iure Inscri-
ptionis eiusdem nihil ibidem sibi et Successoribus suis iuris domi-
nij et proprietatis reseruando et excipiendo Jam ex nunc Nobili
Iwan Blazowski Misowicz fratri suo germano et eius Succes-
soribus cedit et condescendendo omne et integrum Jus suum quod eum
ipsum super summa praefata ex vi Inscriptionis praedictae spectat et concernit
super eundem Iwan fratrem suum et eius posteros transfundit et
incorporat perpetuis temporibus ac summa praenominata Quingentorum
florenorum pecuniae ipsi Iwan ac Successoribus eius dat donat perpetuis tempori-
bus Dando et admittendo eidem iam ex nunc Coram Officio praesenti inscriptionem
suam ipsam sic transfusam praesentibus inscriptam realiter intromittendam et actua-
liter paciscendam possessionem per Ministerialem Pallatinatus Russiae Juxta
quem cumque iuxta formam iuris capiendam Praeterea si cum Successoribus

in et super bonis suis omnibus obligat et inscribit praesentem Inscription-
em sibi ad Castrensia vel acta Terrestria Premislien[sia] ante decursum termini
proximi transferre et transportare sub vadio Quingentorum flor[enorum]
pecuniae monetae polonicalis Pro quo quidem vadio Submittit et Summittendo quoque
se praenominatus Andreas Blazowski cum Successoribus suis praefatum Iwan
aut eius posteritatem citare permisit totius heredem ab omni suo proprio foro
et competente Coram Castrensi Capitaneali Leopolien[si] Officio cui se Castrensibus pre-
bus respective cum Successoribus bonisque omnibus ultro subijcit et incorporat
Semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare parere
respondere Inscriptionique eidem et omnibus eius contentis semotis omnibus par-
tem rectis omnibus quibus iuris remedijs Motionibus Appellationibus cautionibusque
Contradictionibus Subrogationibus Euasionibus Praescriptionibus Superseditionibus
petitis Dilationibusque quibus vniuersis satisfacere cum suis Successoribus tene-
tur quoque sese obstrinxit Nulla Exceptione Terrae in praemissis obstante Quod ac-
ceptatum est.

Actum in Castro Premislien[si]

feria Quarta ante festum Sancti Michaelis Archangeli proxima Anno
Domini Millesimo Quingentesimo Octuagesimo Secundo Coram Generoso 26/11.
Alberto Lutkoslawski Gladifero Terrae Capitaneo Causarumque Officij
Castrensis Premislien[sis] Judice Dobrogostio Zapolski Notario Castrensi
Premislien[si] Officio et Actis.

Zapolskij et Blazowskij Intercisam tenebunt

433

Comparentes personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren[sibus]
Premislien[sibus] Generosi Dobrogostius Zapolski Notarius Castren[sis]

Premisliensis ab una et Andreas Blazowski Alixowicz parti
bus ab altera de Terris Districtibus Iuribusque suis quibusvis
propriis ac foro competenti recedendo Iuri vero praesenti Castrensi
Premisliensi iurisditioni se cum Successoribus bonisque suis quibuslibet suis
quibus quo ad hunc actum attinet incorporando et subiiciendo sani mente
liberi corporibusque existentes publice palam ac per expressum recogno
verunt, et quilibet ex eis seorsum quod interesse suo, recognovit Quia
se cum Successoribus quibuslibet eorum suis bonis suis omnibus unus alteri
obligant et inscribunt Intercisam certam inter se conscriptam sigillis
suis obsignatam et manibus propriis subscriptam cum omnibus eius demum in
tercisae Conditionibus punctis clausulis et articulis prout latius in se
descriptum est tenere complere exequi ac inviolabiliter observare nec
tandem in quavis minima parte infringere Immo eandem Intercisam
in toto complere ac eidem satisfacere totiesquoties opus fuit
sub Damnis Iuribus ad simplicem verbi assertionem sine corpo
rali iuramento taxandis In defectu completionis praemissorum omnium
per partem non tenendam parti tenendo eidemque satisfaciendo ad solvendum
totiesquoties opus fuit summendis Postrema se cum Successoribus in ..
totiesquoties opus fuit summendis ...
bonis suis quibuslibet eorum omnibus unus alteri obligant et inscribunt prae
sentem Inscriptionem ex libris actis Castrensibus ad acta Terrestria Premisliensia
ante decursum unius anni sine coniunctione sui dimissum transferre
et transportare sub similibus Damnis Iuribus ad simplicem verbi
assertionem sine corporali iuramento taxandis In casu non trans
portationis eiusdem Inscriptionis per partem non transpor
tantem parti transportandi et Successoribus ad solvendum totiesquoties

opus fuerit summendis Pro quibus quidem Damnis Iuribus ex quacunque
re et causa summendis et summendis quovis se pronunciatis recognoscendis
unus alteri cum Successoribus suis Citare permiserit totiesquoties quilibet eorum recedendo
ab omni suo proprio foro et competenti Coram Iudicio Castrensi Leopoliensi
(in se Castrensi praesentis respective) cum Successoribus bonisque omnibus alter subii
ciunt et incorporant semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio
stare parere respondere Inscriptionique eidem ac Intercisae praefatae
omnibusque earum Conditionibus parti parti cum Successoribus suis satisfacere
tenebitur totiesquoties opus fuit Termino ipso primo peremptorio et alios
subsequentes nullis modis exceptionibus Dilationibus Motionibus appellationibus ea
rumque revocationibus [illegible] evasionibus Inscriptionibus suspensioni
bus Decretorum Sanctionibus Dillationibus ad Quietationem Statutisque et Con
stitutionibus laudatis et laudandis ac legalibus quibusvis impedimentis di
ferendo prolongando atque excipiendo In quo se cum Successoribus omnibus quibuslibet iuris
remediis sibi renunciando et abdicando

Buchowsky tenetur Brzesczyanski

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus
Premisliensibus Generosus Dobrogostius Buchowski de Terris Districti 594
bus Iuribusque suis quibusvis propriis ac foro competenti recedendo
Iuri vero praesenti Iurisditioni se cum Successoribus bonisque suis omnibus
quo ad actum et effectum praesentis Inscriptionis attinet, incorporando
et subiiciendo sanus mente et corpore existens publice palam ac per
expressum recognovit Quia Generoso Joanni Brzesczyanski et